ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh.
Seite 64v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ignis qui regionem illam incineres etnos dissoluit. Cuius
umbra quedam y species in fauillis & arboribus ipsis etiam ad
huc uidet. Hascunt enim ibi poma uirentia sub tanta specie
maturitatis ut edendi desiderium gignant si carpas fatiscunt
ac resoluunt incineremque fumumque exalant quasi adhuc ar
deant. Habathea regio arabat filio ismahel nuncupata.
iacet autem inter iudeam & arabiam & surgens ab eufrate inma
re rubrum porrigit. & est pars arabie. Egyptus que prius
aeria dicebat ab egypto danai filie postea ibi regnante nomen
accepit. hec aboriente syrie ac rubro mari circuncta ab occa
su libiam habet. a septentrione mare magnum. a meridie u
introrsus recedit pretendens usque ad ethyopas regio celi im
bribus insueta & pluuiae ignara. nilus solus eam circum
fluens irrigat. & inundatione sua fecundat. unde & fertilis
frugibus multam partem terrae frumento alit. cetera quoque ne
gotiorum adeo copiosa ut impleat necessariis mercibus etiam
orbem terrae finis egypti. Canopea a canope menelai gubna
tore sepulto in ea insula quae libiae principium & hostium
nili facit. Seres oppidum orientis. a quo y gens sericum & re
gio nuncupata est. hec ab scithico oceano mari caspio ad
oceanum orientale inflectit nobilibus frondibus fertilis equibus
uellera decerpunt quae cetarum gentium mercatores seres ad
usum uestium uendunt. Bactriae regionis per quam amnis
bactros uocabulum dedit partes hui quae plane sed per pansis
iugis ambiunt quae aduerse sunt indi fluuii fontibus termi
nantur reliqua includit occus fluuius mittit bactria
fortissimos camelos numquam aterentes pedes. Scithia
sive y gothia a magog filio iafech fertur cognominata. cui
tria olim ingens fuit. nam aboriente indie a septentrione